UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P. Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 124. Alius Caussidicus pro Parisiensibus Parochis contra eosdem Jesuitas perorans.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67252

Visual Library

§. CXXIV.

Sæcul. XVI. A C. 1594.

Alius Cauſſidicus pro Pariſienſibus Parochis contra eosdem Jeſuitas perorans.

Tertio poſt die, ſeu decimo ſexto Julii Ludovicus Dolle pariter Senatus Pariſienſis Advocatus pro ejusdem Urbis Parochis, qui pariter huic liti intervenerant, perorabat, exponens, quod Jeſuitæ in Parochorum jura involarent, atque Hierarchiam eccleſiaſticam perturbarent.

Thu. l. 110. Mem. de la Lig. t. 6. pag. 202.

§. CXXV.

Duretus Jeſuitas in judicio defendens.

Poſtea Claudius Duretus pro Jeſuitis perorans haud operæ pretium cenſebat, ea refellere, quæ ab aliis Cauſſidicis contra Jeſuitas referebantur, quapropter paucis edicebat, quod tunc, ſi Jeſuitas accuſare velint, contra eos ex legum præſcripto agere, non autem in dicteria, & declamationes licentius excurrere oporteret, cum hi Patres de ſuo agendi modo juxta conſuetam judicii normam rationem reddere parati ſint, Univerſitas autem absque ulla ratione hoſce e regno expelli petat, eoquod edicto jam ante triginta annos pro-

Thu. l. c. Journ. d'Henry tom. 1. p. 35.